

JOANNIS BÄTY,

Med. Doct.

T H E S E S
I N A U G U R A L E S

Q U A S

AUCTORITATE ET CONSENSU

Admodum Rever. Clarissimi, ac Magnifici Domini

U N I V E R S I T A T I S

R E C T O R I S,

Reverendissimi, ac Amplissimi Domini

U N I V E R S I T A T I S

C A N C E L L A R I I,

Perill. Spectabilis, ac Expertiss. D. Incl. Facult. Med.

D I R E C T O R I S;

Perill. Spectab. ac Clariss. D. ejusdem Facult. Med.

D E C A N I,

nec non

CLARISSIMORUM DOMINORUM
M E D I C I N Æ P R O F E S S O R U M,

I N C E L E B E R R I M A A C R E G I A

U N I V E R S I T A T E T Y R N A V I E N S I

P R O

P R I V I L E G I I S D O C T O R A L I B U S

L E G I T I M E I M P E T R A N D I S,


Publicæ Disquisitioni submittit.

DIE MENSIS JUNII ANNO M. DCC. LXXVI.

TYPIS TYRNAVIENSIBUS, ANNO UT SUPRA.

JUN 2004

7366





T H E S E S.

I.

Medicamenta a venenis relati-
vis gradu tantum differunt:
hinc

I I.

Debitis cum cautelis venena ipsa
egregia evadunt medicamenta.

I I I.

Morbus Hypochondriacus du-
plex est : unus *cum materie*, ubi



nempe viscera abdominalia humore atrabiliario sunt infarcta; alter *sine materie*, qui in corpore cæteroquin puro, sed debili nimis nervorum systemate instructo contingit.

I V.

Passionis Hyfterniæ causa est plerumque nimia systematis nervosi sensilitas, & inde nata spirituum ataxia.

V.

Viæ ratio in acutis primus esse debet medicinæ cardo. Adeoque,

V I.

Diaeta ex classe cardiacorum nutrientium petita juxta leges Medicas

cas



cas præscripta plus proficimus,
quam medicamentorum farragine.

V I I.

Cortex Peruvianus optimum est
remedium inter omnia quae ex
triplici regno desumuntur, in fe-
bribus etiam non intermittentibus
modo inflammatoriae non sint.

V I I I.

Pulsus unius carpi sæpe differt
ab eodem alterius carpi.

I X.

Febres intermittentes vernaes
magis ad naturam inflammato-
riam, autumnales ad biliosam ac-
cedunt.



X.

Quam natura in evacuanda materia morbosa adfectat viam, eam ut Medicus sollicite sequatur, & medicamentis idoneis faciliter necesse est.

X I.

Partes corporis humani maximum habent consensum inter se: quædam tamen majori gradu ac aliae.

X I I.

Amaurosis sæpe curatur evacuantibus.

X I I I.

Amiffæ virginitatis nullum habemus signum indubium. Prout etiam

XIV.



X I V.

Signa omnia fœtus mortui utero adhuc clauso sunt incerta : utrum vero fœtus vivus an mortuus partum ingrediatur , hoc multo probabilius potest determinari.

X V.

Dantur causæ morales , quæ animam adficiendo corpus enervant.

X V I.

Multi curarentur remediis , si illa quae debellando morbo sufficit quantitate aut præscriberentur , aut ab ægris acciperentur : hinc congruarum dosium præscribendarum exacta scientia , & ægri obedientia in morbis sunt necessaria.



X V I I.

Vesicantia augent motum humorum.

X V I I I.

Insitio variolarum videtur inventum in Medicina admodum excellens ac utile.

X I X.

In praxi Medica fidelis observatio sufficit, licet ratio observati non distincte intelligatur.

X X.

Systemata nisi observationibus & experimentis nata, in Medicina non sunt admittenda.



X X I.

Vires Medicamentorum solum ab effectibus in corpore humano observatis rite determinantur. Unde

X X I I.

In his stabiliendis ratiociniis aut experimentis Chymicis non semper fidendum.

X X I I I.

Non omnia antihysterica omnibus hystericis conveniunt; temperamentum & idiosyncrasia observanda.

X X I V.

Extractio Catarractæ in plerisque casibus præferenda est aliis

A 5 ope-



operationibus, cum ipsam morbi
causam tollat.

X X V.

In morbis capitis, etiam in-
flammatoriis recte præscribuntur
evacuantia, cum illa hic vere sint
revellentia.

X X V I.

Camphora cum tartaro & ni-
tro exhibita in morbis putridis
motum imminuit, in inflammato-
riis tamen auget.

X X V I I.

Eadem potest in magna satis
dosi exhiberi, modo cautelæ ad
hoc necessariæ observentur.

XXVIII.



X X V I I I.

Olea ætherea pressa amisso spiritu rectore revertuntur in lenta, qualia sunt pressa.





12 / 6517 X 962

710
710



ANTICARIAT

CLUIȘ

101 750